



DN. HENRICI  
 HAHNII JCTI  
 CODICIS IN ACADEMIA JULIA  
 PROFESSORIS, FACULTATIS JURIDICÆ SENIORIS,  
 ET DIGASTERII WOLFFERBYTANI ASSESSORIS  
 OBSERVATA  
 THEORETICO-  
 PRACTICA.

AD MATTHÆI WESENBECHII IN L.  
 LIBROS DIGESTORUM COMMENTARIOS, ET IN  
 HOS EDITAS REINHARDI BACHOVII NOTAS & ANIMADVERSIONES:

*Variis juris Responsis & Decisionibus firmata.*

Inserito fideliter textu Wesenbeciano, ad quem se referunt, nec non plurimis ad justitiam & in-  
 justitiam, in primis moralia & politica principia, veram juris Philosophiam, revocatis.

TERTIUM RECOGNITA, EMENDATA, PLURIMUM AUCTA.

PARS PRIOR.

*Cum Indice Rerum & Verborum locupletissimo.*



COLONIÆ AGRIPPINÆ,  
 Sumptibus HERMANNI DEMEN, Sub signo Monocerotis.

ANNO M.DC.LXXV.  
 Cum Privilegio Sac. Caf. Majestatis.

—(o)—

# PRÆFATIO

## JOANNIS EICHELII

Pandect. in Acad. Julia Profess. Publici, &c. &c.

BEATI HAHNII GENERI.



**N**gens illa librorum moles, quæ olim Justiniani Imperatoris ætate, jus civile laborabat, videtur & hodie non minus negotii facessere discuntibus; quam olim peperit difficultatis. Si enim à primo illo Inæri tempore, quando primus in Italia latens jus civile è tenebris protulit; monumentorum illorum, quæ vel in Instit. Imperiales, vel Pandectas, vel Codicem, vel Novellas, vel Feudorum libros, vel universim, vel in partes saltim, Titulos, puta, leges & §§. earundem à diversis JCris edita sunt, numerum ineamus; illicque eos addiderimus, qui consiliorum, responforum, definitionum, decisionum, observatorum, conclusionum; recitationum, repetitionum, summarum, regularum, conciliationum, disputationum, controversiarum, commentariorum, practicarum, processuum, disputationum, vasta condidère volumina; & illos junxerimus, qui de singulis materiis particulariter integros & justos contecerunt Codices, ut à Mascardo factum est in probationibus, à Tiraquello in primigeniis, à Gilkenio in usucapionibus, à Rulando in Commissionibus, à Fridero in processibus, à Zangero in Exceptionibus, à Rosenthal & Schradero in Feudis, à Knichio in Territoriis, ab Heringio in fidejussionibus, à Sixtino in Regalibus, à Magero in Advocatiis & ab aliis plurimis in aliis innumeris propemodum illustribus argumentis, deprehendemus tantam illorum multitudinem, cui perlegendæ nullius hominis vita ne quidem longissima ulla ratione sufficere possit. Qui tamen omnes suavi consensu eò unice collimant, certè debent, ut jus, quod in receptis libris continetur, & consuetudine introductum est, & facilius intelligi, & felicius causis in foro ventilatis applicari queat; tametsi id fiat fructu & felicitate dispari. Alii enim præ aliis felicius id præstant, prout vel in meliora tempora inciderunt & doctos & peritos præceptores nati; vel ipsi ingenio, vel usu rerum excelluerunt, usque præsidis tum humaniorum literarum & antiquitatis, tum solidioris cognitionis Philosophicæ, practicæ præcipuè fuère imburi, sine quibus solida civilis juris cognitio, aut certè ejus prudentia, tantum abest, ut parari possit, ut illorum quidem cognitio, qui jus civile absque illis subsidiis interpretari aggressi sunt, vel pro Grammatica, vel historica noticia veriùs, quam juridica jure meritò haberi debeat. Est enim inter interpretes juris civilis, quod libris Justinianicis continetur, longè maxima differentia. Multi enim, præprimis autem illi, qui statim post Inærium vixerunt, linguæ Romanæ, omnisque ejus antiquitatis, formularum, rituum præcorum, ipsiusve Reip. status, ejusque creberrimarum mutationum, earumque causarum & hinc ortorum diversorum juriurum, nec non & politicæ seu civilis sapientiæ, cujus stucia tum temporis alto somno erant sopita, fuère propemodum prorsus rudes & expertes; uti illorum hominum commentarii multis usque crassis & ridiculis erroribus referti satis abundè testantur. Quæ tamen ignorantia non tam ipsis, satis aliis ingenio valentibus, quam temporum infelicitati, in quam ipsorum ætas incidit, tribuenda est. Deprehendes verò alios, qui felicioribus illis sæculis, ubi Dei peculiari beneficio literæ & artes liberales, præsertim verò lingua & Græca & Latina, tum in Latio, tum etiam in Cismontanis regionibus efflorescere cœperunt, ad illustrationem juris civilis, præter grammaticam notitiam, quam vulgò criticam appellant, attulère propemodum nihil. Accidit illis, quod ut plurimum rei novæ cupidis accidere solet, ut scilicet illa præ reliquis cupidius appetatur, & saltem non unice excolatur, neglectis interim aliis non minus, aut fortè etiam magis necessariis. Novitas enim pariter & suavitas purioris idiomatis & Latini &

BENEVOLO  
LECTORI

S. P.

**A**n nunc agitur octavus, & quod excurrit, ex quo primum  
hæc ad VVesenbecium in Pandectas Commentarios & notas Ba-  
cho-vianas Observata in lucem emisi. Ut verò illum la-  
borem, quem ingenue fateor, non suscepi exiguum, solidiori  
cultura vera prudentia juris & incremento feliciori cupida  
Legum inventuti unice consecraveram: ita non potuit non  
longè gratissimum accidere, quod in plerisque Germaniæ nostræ  
Academiis opera illa mea suo non caruerit successu. Præterquam enim quod haud de-  
suerint, quibus hæc vestigia legisse volupe fuit; non paucos etiam ipsos furis Antisli-  
tes, viros doctrinâ & ingenio præstantes, auditoribus suis ut hæc viâ incederent, se-  
bique veram Juris scientiam illis, quæ nusquam non inculcavi, adminiculis para-  
rent, autores extitisse, & sermonibus & literis amicorum certus sum. Quinimò  
haud pauci suasores fuerunt, pro eo, qui inter amicos intercedere solet, candore, ut  
prioris editionis exemplaribus jam tum omnibus distractis, de nova editione cogita-  
rem. Neque dissimulabant, unum & alterum in priori editione desiderari, quod in  
altera facillimè suppleri posse arbitrabantur. Potissimum verò integrum textum  
VVesenbecianum requirebant, quem commodè Observatis deesse haud posse, ipsus-  
met ut facile agnosco, ita lubens concedo. Non tantum enim tedium lectoribus obo-  
riri necesse est, si diversi Codices sint evolvendi, sed eorum animi simul non possunt  
non distrabi. Quapropter amicorum desiderii morem gerens, denuò manus ad-  
movi, & hæc, quam vides, Lector, editionem paravi. Textum VVesenbe-  
cianum Francofurtanæ editionis ad L. Libros Digestorum, quam correctiorem ju-  
dico, insertum curavi, sicque simul glossæ textum, ad quem se refert, restitui,  
non modo leges bonæ interpretationis secutus, sed etiam eos, qui ex sua & aliena  
materia aliquam speciem efformant, ut nostri ajunt, imitatus. Neque intermisi  
subinde ea addere, quæ juris nostri solidiori cultura necessaria videbantur. Etsi  
verò haud ignorem, quæ vulgò de Legibus Justinianæ ferantur judicia, tan-  
tum tamen abest ut hæc à proposito me revocarent, ut potius, præsertim hoc turbu-  
lento rerum statu, me confirmarent. Admodum verò dissimilia illa esse judicia,  
neminem facile latere potest. Alii enim multitudinem legum reprehendunt: alii  
eas genio populi nostri haud convenire credunt. Ne nunc referam imperitiorum  
opinionem, qui Romanas leges omnes juri natura haud congruentes clamitant,  
ad quod tamen eas rigorosè examinandas esse omni nisu contendunt. Et verò  
num multitudo, num paucitas legum sit utilior, pro diversitate variarum for-  
marum Reip. asserere fortassis haud est in proclivi. Id tamen omni caret dubio,  
si vult

# PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

**L**eopoldus Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, Sclavonia Rex, Archidux Austria, Dux Burgundia, Styria Carinthia Carniola & Wirtembergæ, Comes Tyrolis, &c. agnoscimus & notum facimus tenore presentium universis, quod cum nobis noster sacrique Imperii fidelis dilectus HERMANNUS DEHMEN Bibliopola Colonensis humillimè exponiturarius, quem in modum HENRICI HAHNII Observata Theoretico-Practica, in Mathæi Wefenbecii 50. Libros Digestorum, & in eum editas Reinhardi Bacchovii notas & animadversiones, prali beneficio publici juris facere constituerit, vereatur autem, ne quod fieri saepe soleas, alii quoque hanc editionem quasi causa imitentur, ac ipsum sperato impendii fructu frustrantur, ac idcirco dimissè supplicaverit, ut indemnitatè hoc loci sua Privilegio nostro Cæsareo consulere clementer dignaremur, nos attentis iisce precibus uti agnitate nitentibus, omnibus ac singulis Typographis, Bibliopolis ac Bibliopegis, aliisque quibuscumque rem seu negotiationem librariam exercentibus, inhibuerimus & vetuerimus, prout hisce serio & distictè inhibemus & vetamus, ne eorum quisquam præfatum Opus intra decennium proximum à prima editionis die computandum, præter prædictum HERMANNUM DEHMEN ejusque heredes, intra sacri Imperii Regnorumque & Dominiorum nostrorum hereditariorum fines, eodem aut alio Typo integrè aut pro parte recudere, invchere, & clam vel palam vendere atque distrabere præsumat, quatenus multam decem marcarum auri puri ex semisse Camera nostra sive fisco imperiali, ex altera vero parte parti lasatremissibiliter pendendam incurere, & omnibus Exemplaribus quocumque loco repertiis (quorum sibi vel propria auctoritate vel magistratus loci ubicadem inventa fuerint, auxilio vindicandorum dicto impetranti ejusve heredibus vigore presentium facultatem & potestatem nostram Cæsaream concedimus) privati noluert, dummodo tamen præfatum Opus Sacri Imperii Constitutionibus nihil contrarii contineat, tenorque hujus Privilegii nostri in fronte expressum exhibeat, ac quaterna ad minimum exemplaria ad Cancellariam nostram imperialem aulicam propriis impetratis sumptibus quamprimum transmittantur, mandamus proinde universis nostris & Sacri Imperii, Regnorum & Provinciarum nostrarum hereditariarum magistratibus Ecclesiasticis & secularibus, cuiuscunque ordinis, conditionis & gradus fuerint, ne quemquam huic nostro Cæsareo Privilegio ulla tenas impune contravenire patiantur, quin potius ejusdem transgressores supra dictis penis, aliisque modis idoneis coerceri curent, quatenus & ipse eandem multam evitare voluerint, harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum, qua dabantur in civitate nostra Vicinæ die secunda Mensis Mæjæ anno Domini millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto, Regnorum nostrorum Romani decimo sexto, Hungarici decimo nono, Bohemici vero decimo octavo.

LEOPOLDUS mp.

Leopoldus Guilielmus  
Comes in Kinigsleggs.

L. S.

Ad Mandatum Sacre Cæsæ Majestatis proprium  
CHRISTOPHORUS BEÛER.

Dedit hoc prælum 10. Aprilis 1675.

HENRICI HAHNII JCTI,  
OBSERVATA

Ad Matthæi Wesenbecii in L. libros Digestorum  
Commentarios, & in hos editas Reinhardi  
Bachovii Notas & Animad-  
versiones.

THEORETICO PRACTICA;

tertiùm recognita, emendata, pluri-  
mùm aucta,

*Inserto quoque fideliter textu VVesenbeciano, ad quem se referunt, nec  
non plurimis adusti & injusti, in primis moralia & politica  
principia, veram Juris Philosophiam, revocatis.*

MATTHÆI WESENBECCII  
COMMENTARIUS

IN DIGEST. LIB. I.

TITULUS I.

*De Justitia & Jure.*



Minis quæ via & ratione suscipi ut, de re quædam institutio, principio finem, quo res ea fer-  
ret atque collimat, prospicere: deinde media ad exitum rectè discentia vellegat præcedentes, & acriter sol-  
liter debet. Quemadmodum enim viantes, qui & certam metam propolitam, & sententiam quæ eò re-  
cta ferat, probe cognitam habent, minus aberrare possunt: sic in doctrinis artium tradendis, cum initio si-  
ni casuque disciplinae proponitur, & apta subinde methodo commodaque discedendi facultate, quæcum-  
que eò sine errore perducere queant, commoestantur: sit ut in tota deinceps institutione hallucinati mi-  
nus & impingere discretos possint. Hancem viam insilientes nostri composuere, primum tamen hujus do-  
ctrinæ ostendunt: tam compositiva ac definitiva methodo, à summis principis actis, juxta seriem & naturam eorum ordinem  
progredientes, & ex simplicibus conjuncta, ex antecessoribus consequentia extruentes, ad finem quem initio oblatendunt, per-  
vencunt: & quasi manu ducentes, à cæcitate ad metam usque hujus artis, recto itinere studiosos transmittunt.

Ut autem ars Medicæ finis est, conservare & restituere sanitatem: medium seu officium, præservare à morbis, & curare  
apoptit ad sanandam: sic Jurisprudentiæ finis est, conservare in vita civili justitiam, quæ est quasi finitas politiam. *Sup. 6.*  
*Medicando sapientissimus est sanata vrbis terrarum. Novell. 111. Cicero lib. 1. de Orat. Sit in Jure.* inquit civili finis hic legitime at-  
que unitate in rebus causisque civilibus, æqualitatis conservatio. Porro medium quomodo id obtineri potest, est jus nobile, & quid qua-  
que in re justum injustum, æquale inæquale sit, ratione & studio exquirere, idemque exquisitum atque cognitum sententia red-  
dere, & in usum fore publicum educere, ac omnibus eorum humanarum actionibus, cum publicis tum privatis, rectè atque æqua-  
biliter accommodare. Quocirca disputantiam nostram de justitia, tanquam de causa & fine artis: tam in genere de principis,  
partibus ac speciebus juris: quæ principes viæ sunt, quibus ad justitiam iter, primaque elementa ac finis sanctorum, unde per videri  
possunt progrediendo, jura res extruere. Porro velut in reliquis disciplinis, quanquam in foebus finis cujusque indicatæ:  
non tamen analytica sive opis exitu usitatum est, sed ad compositivam ac definitivam methodum: quæ maxime ad id secundum  
doceendum: est accommodata, tam plurimum explicans instituitur: sic nobis Juris compositores, contenti initio dignum facere  
dixisse in finem Jurisprudentiæ, qui est justitia, statim ad principia redeunt: & naturam remem fecuti, à primis juris elementis ac  
privatis principis progredientes, sentem juris componunt: opusque Pandectarum totum, ex partium omnium naturali  
serie apertam in vicem & consequentiam, ac singularem partium ita in certam definitionibus & distinctionibus percurrent & ab-  
solvant: ut ex integra totius hujus Operis serie ac concatenatione, facile utell. *Sup. 6.* possit.

Compositiv  
re studij,

2.  
Fini Jur  
prudentiæ  
est, O. 111.  
die ad 1.  
1111.